



Considerans autē sane plane q̄ possibile est demonibz in cor-
 poribz humanis uiuentibus uoces formare & loqui ex modo
 aliquo quem hic nō determinamus. uerz autē inter uoces ipsi-
 hominis hoc est quā homo ipse p̄ se format. & uocem ipsius
 demonis apta differentia est. sicut accepimz ab illis qui mul-
 tos & audierunt & eiecerunt. uox etiam ipsius demonis sub-
 rauca est & paracōne uocis ipsius hominis. & foelita causa in
 hoc est etiam cum hoc impossibile esse illud. q̄ tam famosum
 est apud astronomos & in tot libris eoz scriptum. uidelicet
 q̄ in ortu saturni si quis imaginem de ere fuderit loqui eaz ut
 hominem p̄babit. Nam enim patefecimus imaginem ereaz &
 etiam quācunqz aliam loqui non esse possibile ultimo modo-
 rum. **O**rtum autē saturni intellige ingressum eiꝝ in primum
 gradum arietis. uel qd̄ uerius esse uidet aliquibus ingressum
 eius in primum gradum capricorni. **A**mplius si locūtur in
 eis sicut in uase. puta in archa uel pixide. tunc nullus honoz de-
 betur. p̄pter hoc huiusmodi statuis. nisi quēadmodum debet
 arche uel pixidi. **N**ec amplius nomine diuinitatis digni sunt
 q̄ archa uel pixis. seu aliud quodcunqz uas. **N**on est audi-
 tum a seculis. q̄ quis archam uocaret deā. uel ollam uel pixi-
 dem. uel q̄ alicui hōz sacra uel sacrificia constitueret uel tem-
 plum edificaret. **A**mpliꝝ hinc hoc uidelicet si statue non aliud
 quam uasa sunt in parte ista demonibus loquentibus in eis
 nō potius necessārie sunt eiusdem statue figurationis huma-
 ne quam olle uel pixis. & hoc ipsum tam multiplex diuersi-
 tas imaginum indicat euidenter. **P**ene enim nulla est figura
 in genere animalium. in qua idolatria nō exercuerunt huius-
 modi insipientes. sicut euidenter ostendit ap̄lus in prima ad
Romanos. & de **I**udeis celeberrimum est q̄ vitulos aureos &
 ereos mltis annis adorauerunt. **I**n secundo uero ysaię de tal-
 pis & uespertilionibus aperte scriptum est. **Q**uod si quis dixe-
 rit q̄ diuersitas figurarum earum est iuxta electionem & be-
 neplacitum demonū eligentium sibi formas & imagines pro-
 ut vnusquisqz uolebat ut in eis colerentur. tūc iam cecidit in
 errorem q̄ in precedentibus scripsimus. uidelicet in idolatriaz
 demonum. similiter & sermo eius qui dixit q̄ demones in sta-
 tuis dabant responsa & preloquebantur diuina quemadmo-
 dum in uasis. **E**undem errorem inuitabiliter inducit & re-
 cipere necesse habet. in eius destructionē non oportet nos am-
 plius laborare. cum ea que diximus omni intelligēti merito
 sufficere possint.